Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

418

melech consanguineus. homo potens
et magnarum opum nomine
booz. Dixitque ruth moabitis ad socrum
suam. Si inuenero uadam in agrum et colli
gam spicas quas metentium fugiunt
manus. ubicunque clementis inuenero patris
familias reppero gratiam. Cui illa respon
dit. Vade filia mea. Abiit itaque. et colli
gebat spicas post terga metentium. Acci
dit autem ut ager ille haberet dominum
nomine booz. qui erat de cognatione
helimelech. Et ecce ipse ueniebat
de bethlehem. dixitque messoribus. Dns
uobiscum. Qui respondentes benedicat
tibi dns. Dixitque booz puero suo. Cui
nam puella hæc est puella. Qui re
spondit. Hæc est moabitis que uenit cum noemi
de regione moabitide. et rogauit
ut spicas colligere remanentes. secutus
messores uestigia. et de mane usque nunc
stat in agro. et ne admomentum qui
dem domus recusa est. Et ait booz ad ruth.
Audi filia. Ne uadas ad colligendum
in alterum agrum. neque recedas ab hoc
loco. sed iungere puellis meis. et ubi
messuerint sequere. Mandauit enim pue
ris meis. ut nemo te molestare sit. Si
etiam si sitieris uade ad sarcinulas.
et bibe aquas de quibus pueri bibunt.
Que cadens in faciem suam et adorans
super terram. dixit ad eum. Qui mihi hoc
ut inuenirem gratiam ante oculos tuos.
et nosse me dignaretis peregrinam mu
lierem. Cui ille respondit. Nunciata
sunt mihi omnia que fecisti socrui tue.
post mortem uiri tui. et quod reliqueris
parentes tuos et terram uiui natali es. et
ueniens ad populum quem antea nesciebas.
Reddat tibi dns. pro opere tuo. et plenam
mercedem recipias a dno deo israel. ad quem
uenisti. et sub cuius confugisti alas.
Que ait. Inuenerim gratiam apud oculos tu
os dne mi. qui consolatus es me. et
locutus es ad cor ancille tue. quam
non sum similis uni puellarum tuarum.
Dixitque ad eam booz. Quando hora
uescendi fuerit. ueni huc. et comede pa
nem. et intinge buccellam tuam in acetum.
Sedit itaque ad messorum latus. et congesit
ei polentam. comedit. et saturata
est. et tulit reliquias. atque inde surrexit
ut spicas ex more colligeret. Precepit autem
booz pueris suis dicens. Etiam si uobis
cum metere uoluerit ne prohibeatis eam.
et de uiris quoque manipulis proicite de
industria. et remanere permittite ut
absque rubore colligat. et colligentem
nemo corripiat. Collegit igitur in agro
usque ad uespam. et quod collegerat uir
ga cedens. et excutiens. inuenit hor
dei quasi ephi mensuram. id est tres mo
dios. Quos portans recusa est mentiri
tem. et ostendit socrui sue. insuper pri
ti et dedit ei de reliquis cibi sui quod
saturata fuerat. Dixitque ei socrus. Ubi
hodie collegisti. et ubi fecisti opus.
Sit benedictus qui misertus est tui.
Indicauitque ei apud quem esset operata. et
nomen dixit uiri. quod booz uocaret. Cui
respondit noemi. Benedictus sit a
dno. quem tande gratiam quam pro bonitate
uiuis seruauit et mortuis. Rursumque
propinquus ait nobis est homo. Et ruth.
hoc quoque inquit precepit mihi. ut tamdiu
messoribus eius iungerer. donec omnes se
getes meterent. Cui dixit socrus. Meli
us est filia mi. ut cum puellis eius exeas ad
metendum. ne in alieno agro quispiam